



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

F. Baptistæ Mantuani opusculum de Fortuna

Baptista <Mantuanus>

Parrhisijs, 1510

urn:nbn:de:hbz:466:1-30541

F. IX.
16.

Th. 5971.

F. IX
16

ERZBISCHÖF
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Michael roppens Carmelita Szealdinostanq e custos huius libri

Jo. Aeffensis & Lutheri capt. Balyt.

Galat. & fide & opibz.

& Lutheri 91. articulos.

De aqua benedicta & Vita Beata.

De patientia Bayt. Mart.

Eiusdem de Fortuna.

Bucolica Virgilij.

7

F. Baptista Mantuani opusculum de Fortu-
na: in quo mutabilitatem eius / ac instabi-
litate[m] : permultis / tum veterum /
tum recentiorum / atq[ue] nostrae
tempestatis exemplis
comprobat.

Venale habetur in vico sancti Iacobi ad signum
sancti Georgij apud aedem sacram sancti Benedicti.

By Baptiste Mandini opusculum de Fortis
et in quo tractat de rebus et personis
hinc inde: per mandatum etiam
cum rebus et personis
et aliis exemplis
et aliis

Venerabilis patris in christo Jacobi de
S. Georgii apud Paderbornam

F. BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE
THEOLOGI CARMEN DE FORTVNA.

FORTVNAM antiqui vates dixere bifrontem;
Et modo terribiles in nos conuertere vultus:

Clementem modo sese oculis promittere blandis:

Nec seruare fidem: sed calliditate proterua

Principibus/regnisque graues inducere casus.

Quod si scire velis non dementisse poetas

Autores documenti huius: lege temporis acta

Incluta preteriti: veteresque recurre per annos.

Aspice Pompeium terra/pelagoque ferentem

Victrices aquilas: & mox quasi fulmine misso

Caelitus attonitum. magnoque a Cesare victum

Ire vagum: & tutas inuestigare latebras

Incaustum: dirumque volentem euadere fatum.

Nec tibi leta magis Cesare fuit: omnia namque

Vt tibi subiecit terrarum regna: repente

In tua ciuiles armauit pectora dextras:

Et quae aduersiuenisset epistola casus

Nuncia: nil tanto tamen in discrimine viuuit:

Namque tuam mentem in vinculis Fortuna tenebat.

Pretereo quod te nantem videre marina

Numina: quod captum pelagi tenuere latrones.

Fallit mille modis homines: audacia cum vult

Corda facit: gelida cum vult formidine lentat.

Demetris
set demes
tes fuisse:
a demen
tio verbo
neutro/si
cut isanio
vel a de
mentior
verbo de
ponente
traductu
est i voce
achua/i id
est menti
tos esse.

Lentat :tar
dat/letos
que reddit.

Fraude potens magica sensus circumuenit omnes:
Mille veneficijs agit at præcordia: mille
Lumina præstigijs: falsis mille artibus aures
Fascinat: irrhætitq; homines/ vt aranea muscas.
Vltorem picea tremefecit imagine Brutum:
Nec genius fuit ille: fuit Fortuna duobus
Cæsareæ mortis socijs/ quæ triste ferebat

Augurium: finem infaustum: mortemq; cruentam

Atteis/ Atheniensis Aequorei falsa veniens in imagine monstri

b^o/ quibus vehebat Atteis occurrit equis: & in aspera telqua

Hippoliti Littoris excusso currum rectore volantem

& ex- Compulit incestus sceleri famulata nephandos

cuss^o cur- Pugnatur o enses turno/ quem ferre solebat

ru discer- Inuida subduxit: fragilemque subintulit enses

ptus est. Qui duo. conflictu in primo se in fragmina soluit.

Te vero Palinure volens detrudere puppi/

Et dare præcipitem: vigilantia lumina blando

Paulatim inuasit somno: quem sæpe reluctans

Cum iam vicisses missis ad lumina lymphis

Indignata manum iniecit: traxitq; sub vndas.

Sic vi/ fraude/ dolo facit omnia: & omnia versat/

Pro arbitrio: ridens hominum studia/ atq; labores.

¶ NOS quoque tempestas ista o Ptolomæe redegit

In luctum: in lachrymas: longa in suspiria: quando

Egidius frater nobis cum principe raptus

Ante diem: missus Princeps in vincula: frater

In tumultum :datus in prædam furialibus armis.
Damnum vtrunq; ingens:& longo tempore flendum.
Spes reditus quædam nobis medicina videtur:
Principis in casu: sed tu suavissime frater
Amplius ad superas non es reuocabilis auras:
O iuuenis miserande domus: dum vita manebat
Grande decus nostræ: q̄ te Fortuna repente
Sustulit ex oculis: & funere merfit acerbo.
Te mea sperabam visurum funera: quando
Tu validus: longo titubans ego tempore: quando
Id tua poscebat probitas: sinceraq; virtus
Digna coli: tibi quæ dominum placabat/ & urbem:
Nedum nos studijs/ & amore/ & sanguine iunctos.
Id quoq; non paruo nobis mcerore dolendum est/
Quod te cum multa Gallorum plebe iacentem/
Iamq; simul fossa in campis tellure sepultum
Cernere non licuit: patrioq; inferre sepulchro.
Sed quid opus querulis ammittere vocibus horas?
Aeternum germane vale: tua semper imago/
Mentibus in nostris tua dulcia nomina viuent.

¶ **CRVRSVS** ad inceptos redeant vestigia cursus:
Non promittat opem cuiq; prudentia rerum:
Pendit eam Fortuna minus q̄ fulmina summos
In Metis apices: & in altis montibus ornos.
Acre quid ingenium Cicero tibi profuit? Argo:
Quid centum circa ora oculi? deleuit vtrunq;

Scipiadē
magnum
Scipionē
Aphrica-
nū qui se-
cūdo bel-
lo punico
Carthagi-
nē Roma-
nis subie-
cit.

Sors aduersa decus: magnorum oblitavirorum
Et decus/ & meritum. Quid enim meruere Catonis
Innocui manes: & qui cecidere sub armis
Tot Fabij: Quid passa suam Lucretia dextram
Aspice victorem Libyæ: cui nomina fecit
Aphrica Scipiadem magnum: quo iustior alter
Non fuit Aeneæ longæua in stirpe nepotum:
Hunc patriæ pietas/ hunc bellica gloria tantum
Prædicat: vt fines magni pertranseat orbis
Fama volans: & mille manens in sæcula nomen.
Causa latet curnam tantas exercuit iras
In talem Fortuna virum: quem tota vocabat
Roma patrem: quem plebs quoddam quasi numen habebat;
Sed quid opus multis: visa est Fortuna moleste
Id quoq; ferre: solent ciues odisse tyranni
Quos plebeius honor nimis affectatus adorat.
Ergo volens occulte hominem vexare: malumq;
Dissimulare animum pedetentim incendia quædam
Excitat: inuidiam conflat: confurgere voces
Curat in vrbanas: atq; in ciuilia verba:
Res deuenit eo patrias vt linqueret arces
Rus abiens: atq; ingrata præponeret vrbī
Exilium/ turbam: & vanos pertesus honores.
¶ SVNT qui fidereis tribuant hæc omnia fatis:
Ast ego Fortunæ: quæ vis incognita quædam
Est homini: seu sit deus ipse: vel altera virtus.

Inferior subiecta deo: cui cesserit ipse.
Tale ministerium: tantiq; negocia regni
Quicquid agit: iuste fieri concedere fas est:
Sed cur: scire nefas: præceps cohibere necesse est.
Iudicium: deus hunc tali regit ordine mundum.
Personas hominum nescit: sine lege superbos
Atq; humiles cilio petulans domat imperioso.
Inueniens vnum toto qui vixerit ævo
Liber ab aduersis Samiæ telluris alumnum
Ac dominum: tanq̄ illius Fortuna fuisset
Immemor: at vitæ supræmo in margine totum
Accipit: plænoq; hausit cratere venenum.
Hannibalem victa meditantem in gentia Roma
Ne patrio saltem posset gaudere sepulchro
Transtulit a Lybicis Asiana ad littora campis.
Rex macedum populos victor penetrauit ad omnes
Dum fors blanda fuit. postq̄ ora minatia vertit
Heu miser in medijs moriens euauit annis:
Hectora: Pelidem: Laerciadem: Priamumq;
Prætereo: quos vt libuit Fortuna rotauit:
Herculis occurrit furor & miserabile bustum
Totaq; perpetuis attrita laboribus ætas:
Euristei durum imperium: quod adire coegit
Tot longas Heroa vias: tot voluere casus:
Nec solum fortunam homines patiuntur: in vrbes
Ius habet: in leges: in regna: in templa: deosq;:

Samia
telluris a
lumnum/
Polycra
tē Samio
rū tyānū
qui nihil
vnq̄ ad
uerli pas
sus fuerat
tādē apsa
rū p̄fecto
ī mōte sus
p̄s̄ ite
rijt.

Rex ma
cedū / Ale
xāder ma
gn⁹: qui d̄
uicto or
be apud
babilonē
duos &
xxx. ānos
nat⁹ / vene
no extict⁹
est

Relligio vetus interijt: quæ floruit olim
Tam longe: lateq; patens/ sunt irrita Mofis
Atq; Numæ consulta. Solon filet atq; Lycurgus
Cum florere videt populos regna oppida: tanq̃
Inuideat rebus lætis: vel fuscitat arma
Bellica: vel terræ motus: vel fulmina cœlo
Elicit: vndantes etiam cit ab æquore fluctus
In terras: vastosq; tegit sub gurgite campos:
Dic quo nunc fit Troia loco: quo celsa Corinthus:
Adria: Carthago: Babylon: Numantia: Thebæ.
¶ SICVT fpargit hyems niuibus iuga norica & alpes
Theutonicas: genus vnde trahunt & Rhenus & Ister:
Sic fortuna malis euentibus omnia terræ:
Omnia regna maris: nec habet quod transeat ista
Tempus hyems: niuibus ventis & grandine semper
Mortales miseros æterna in sæcula vexat.
Nec tamen inficias ierim prudenter agendum
Semper: & in rebus curam/ studiumq; valere
Cum Fortuna suo terrena negocia cursu
Ire finit. sed cum pulso clauum ipsa magistro
Prendit: & in scopulos tendit: de mercibus actum est:
Nil opus est Tippi arte tua: de remige/ & armis.
Propterea quisquis putat infortunia nostro
Ex errore sequi semper: mortalia nescit:
Tum sapimus cum iam venere pericula: nemo
Ante: repentino properant discrimina cursu:

Et cum cauta minus mens est humana: subintrant
Fulminis in morem: quod non discernitur ante
Quā feriat: iacit ardentem fortuna sagittas:
Quare ergo culpandus erit/ qui rebus agendis
Deditus/ inter dum casus incurrit acerbos:
Nauta igitur damnandus erit: qui dum mare sulcat
Turbine ventorum/ rapidoq; affligitur æstu:
Qui sapiunt tales potius miserantur: & optant
Incolumes: & opem ferrent: si ferre sinantur.
At veluti subitis est tempestatibus æquor
Subiectum: dubijs sic grandia casibus orsa:

¶ QVALIA erant Franciscæ decus Gonzaga latinum/
Quæ dum te incoelix rapuit fortuna/gerebas:
Si totiens victor/ si post tot fortia Martis
Facta semel caperis/ quæ tibi triste / & amarum:
Non est turpe tamen: nam quæ communia magnis
Sunt ducibus perferre ducem/ neq; turpe putari:
Nec dici a iusto debet cenfore pudendum:
Contemplare alijs quid bellatoribus olim
Acciderit: variosq; hominum circumspice casus.
Romulidum princeps/ qui te Galiene recepit
In regni socium: Persarum a principe captus
Vixit in ærumnis: seruitq; in carcere longo
Emathia regem lusit fortuna Philippum/
Cum sua tam pinguem cupiens in rhetia rhombum
Mittere: subridens dixit si viuere longum

Franciscus
Gonzaga:
Marchio
Matuanus
nunc apud
Venetos
captiuus
ad quem
scribitur
hoc carmen

Romulidum
dum princeps
Valerianus
imperator
romanus: quæ
per Persas
victus apud
Emathiam
regem
Philippum
in seruitute
conuenit.

Pyrrhe/ Est animus caute incedens/ne incurre quadrigam.
rex epiro Pyrrhe duces inter primos numerat e videris.
tag: quē Non cauisse tibi quantum prudentia regis.
ictus te Debut: hoc infert vulnus temeraria famæ
gule pro- Turba tuæ: casum studijs quæ illudere nostris
stravit. Nescit: & euentum/quem vult dare rebus agendis.

¶ QUID te Cyre loquar veterum fortissime regum.

Quos habuit Persis: virtus tua cognita Graiis.

Cyre Cognita Romanis: nec habet tua gloria finem:
rex psarū Te tamen incautum fecit fortuna putari:
& Medo Cum Scythicos inter vicit te foemina montes.
ram: quē Cum Scythicos inter vicit te foemina montes.
Tomyris Regulus a Poenis captus: Romamq; reuersus.
regina cū Sic illum fortuna tulit: cum viuere possset
toto exer Noluit: & Libycas redijt moriturus ad oras.
citu dele- A patre Pompei victus: Romamq; triumpho.
uit. Ductus in insigni gemuit sua tristia fata
Ventidius: paruo-domuit post tempore Parthos:
Atq; triumphali subijt Capitolia curru.

Turcorū Sic variat fortunavices: premit alta: leuatq;
princeps Infima: & instabili mortalia ventilat orbe.
Pazaites

¶ AD NOVA deuenio nostris vicina diebus

turcorum Tempora: Turcorum Princeps Mochometricus Ildris.
rex/a Tas Arma ferens contra Scythicam Mauortia gentem
merlane Incidit in casses: caueisq; inclusus Athenis
rege ptho Admiranda dedit populis spectacula: Parthi:
rum vict? Armenij: Medi: Assirij quacuncq; mouebant.
cauea est
clus & p
oem Asia
circulat?

Victores sua castra Scythę: videre tyrannum
Squalentem in clatris/atq; in pędore sepultum:
Nec minus infęelix natus fuit: vtq; parenti
In regno: sic in rebus successit acerbis
Pharfalię/cum se victorem crederet: eius
Insidijs gentis deceptus/ & arte pelasga
Pręda fuit missis ad regia colla cathenis.

¶ HIC QVOq; qui tanto Paduam molimine cingit:
Vt cinctama magno memorant Agamęnone Troiam:
Vir populis pietate pater/vir maximus armis
Romanus Cęsar Belgarum indagine quondam
(Cognita res vulgo est) captus virtute paterna
Vix potuit tandem vinclis: vix carcere solui.

¶ TERTIO QVOq; qui tanta cum maiestate gubernas
Insubres: Ligures/ Gallos animose Loisi
Inuenit fortuna domi: laqueosq; tetendit:
Afflixitq; diu: tecum mox fędere facto
Fauit: & indulfit tantum telluris/ & vndę.
Sunt quibus est in mīca semel fortuna: subinde
Lęta fit: & rursus magnos indulget honores.
Transiit ad grumnas a fascibus/atq; triumphis
Exul/ & extorris Marius: speratq; reuerti.
Rursus ad antiquas coelo aspirante secures
Et rediit: sicut puero portenderat olim
Nidus/ & inuenti septem super arbore pulli.
Alter Oto dum bella gerit de Cęsare factus

Roman⁹
cęsar/ ma
ximilian⁹
Romano
rū ipator
nūc viuēs

Loisi: Lu
douicum
duodeciz
Francorę
regē inuis
ctissimū
hoc nomi
ne com
pellat.

Mancipium venale fuit: sed tempore paruo
Rursus ad imperium/romanaq; regna rediuit.
Tot casus numerare piget: tot testibus vti
In rebus minime ambiguis: damnabile propter
Iudicium quorūdam hominum: qui incessere pergunt
Quos niti virtute vident: & surgere in altum.
NON tamen Alphonſi fortunam/ & fata ſilebo:
Ipſe Pyreneis Tyrthenum nauibus æquor
Dum premeret Campana petens/regumq; ducumq;
Agmine ſtipatus/magno ſibi debita regna:
Vi ſubita in prædam datus eſt Genuenſibus armis:
Ductus ad inſubres (nam tunc inſubria habebat
Imperium Ligurum) magnis cum Heroibus illam
Fortunam tulit æquo animo: ſed cruda Philippus
Inſubrium ductor regum infortunia fleuit.
Continuoq; vt rex ſolo contentus honore/
Non vt Pelides/qui vendidit Heçtora patri
Corruptus lucro: reges / & murice/ & auro
Donatus ſua collachrymans in regna remiſit.
O diuinum hominem/quis te laudauerit vnq;
Vt tua laudari debet clementia: certe
Illud opus cœleſte fuit: tu gloria ſæclī
Non moritura tui: facinus narrabitur iſtud
Dum vaga perpetuo lucebunt ſidera cœlo/
Per genus omne hominum: tu vera exempla dediſti
Regibus: vt memores viuant pietatis/ & æqui.

¶ SIC quoq; Pompeius quondam Tigraue subactō
Mente agitans/ quid sit subito descendere regem/
Qui solitus dominari alijs mortalibus: ima
Vsq; ad victoris vultu vestigia pronō
Condoluit: mentem pietas cito mitigat altam:
Vili animo nulla est pietas: crudescit in horas
Amplius: & cilio victis insultat atroci:
At deus ad veniam pronus/ placabilis iræ est.
Regi igitur sua regna dedit: regalia verba
Adjiciens regali operi: nam talia fatus:
Res præclara quidem reges depellere regno:
Non præclara minus regnum dare: dignius ista
Voce nihil: factō nil magnificentius isto:
Cræsus apud Lidos dum se putat esse beatum
Perdidit imperium: rapidos proiectus in ignes
Non potuit ledi flammis: fortuna repente
Compressit subito fumosa incendia nimbo.
Grande decus gentis consul Nasica latinæ
Captus ad Inarimen/ & punica vincula passus
Nauigat in Libyam: sed mox de carceris ymbris
Venit ad amissos faces/ primasq; secures.
Obruor exemplis: rerum me copia vincit:
Cædam igitur volucris rediens ad littora cursu.
¶ CVM fuero tecum paucis Gonzaga loquutus:
Sors tua non debet censerī asperrima: quando
Non natos/ non imperium/ non abstulit annos:

Sic deus errori solitus succurrere nostro;
Quos amat emendat: sceleriq; imponit habenas:
Quos odit peccare finit: neq; corrigit vnq̄.
Adde q̄ a multis hęc te fortuna periclis
Subtrahit: quæ Märtis agunt mala tempora secum:
Nec te ad barbaricās gentes nec ad impia misit
Regna Arabum: vel Persarum: vel Bactrianorum:

¶ DVCTVS es ad Venetos/opibus/prudentia/ & armis/
Excelsum/clarumq; genus: testatur origo/
Euganeos habuere patres: par regibus ipsis:
Publica res gentis Venetę: quæ tempore longo
Præsidium fidei nostrę fuit: Obijce forti
Sustinuit turcorum iras/atq; aspera bella.
Semper apud Venetos studium sapientię: & omnis
In precio doctrina fuit: superauit Athenas
Ingenijs: rebus gestis: Lacedæmona/ & Argos
Vrbs præclara sequens prisçæ vestigia Romę:
At modo fortunam atrocem patiuntur/ & astra
Impia: vt. æneadæ quondam cum turbine tanto
Hannibal exultans capiundæ incumberet vrbi.
Et quoniam tecum virosa absinthia potant
Facti humiles: meliorem animum/mentemq; benignam
Accipient: miseris miseri mitescere discent:
Quando aliter rigidi nequeant lentescere sensus.
¶ INTEREA summus seruat tua regna sacerdos:
Seruat & armipotens Cæsar: tibi militat omnis.

Aeneadę
Romani:
quia ab
ænea du-
xerūt ori-
ginem

Sūm^o sa-
cerdos iu-
h^o scds sū-
m^o ponti-
fex.


Gallia: & in portu puppis tua nauigat: vxori
Quæ tibi fida magis/ q̄ Penelopeia marito
Pignoraq; & fratres: sed quem Romana decorat
Purpura præcipue: facti pars magna fenatus/
Et tibi deuoti ciues tua cuncta gubernant
Consensu vnanimi: populis corda ignea flagent:
Atq; ardent saturare tuo sua lumina vultu:
Præsertimq; tuus/ qui te Ptolemeus adorat.

¶ FORTVNAM fer magno animo: quo tanta tulisti.
Inuictus foris/ aq; domi. Sic aspera vinces
Tempora. sic tandem ponet fortuna furorem:
Ne dubita sperata salus iam proxima: Si non:
Affuerint homines: aderit tibi totus olympus.
Theseus ægides procul ad Minoia regna
Missus: vt informi fieret coena impia tauro.
Repperit effugium. monstris obiecta marinis
Andromede cum nec pelagus/ nec terra salutem:
Mitteret: auxilium venisse per aera fertur/
Cum triuiæ cultros esset passurus Orestes:
Protinus agnouit fratrem germana sacerdos:
Ipsa etiam fati olim deprensa malignis
Cum zephris iugulanda foret/ sublata repente est
Vi superum: gelidamq; volans tranauit ad Vrsam.

FINIS

¶ Impressum Parrhisijs per optimum cal cognaphum Nico
laum de pratis apud magnum ortum. Anno Salutis. M. D. X.

Callia: in portu puppis tuas angustat
Que tibi fida magis? Encolopa maris
Pignoraque farrasid quae Romanas laeas
Lupus prope: foch para magna farrasid
Et tibi donat cunctas curas quibus
Conditu vnam; populi corda ignes ligant
Atque ad hunc farrasid tuos farrasid
Prestantur: magis? Encolopa maris
EPICURVM per magis animo: quo tanta nihil
Lupus farrasid domi: Sic farrasid vna
Tempus farrasid: per farrasid farrasid
Ite dicitur farrasid: iam proxima: si non
Altera: farrasid: farrasid: farrasid
Tunc in farrasid: ad farrasid
Magna: farrasid: farrasid: farrasid
Report: farrasid: farrasid: farrasid
Altera: farrasid: farrasid: farrasid
Magna: farrasid: farrasid: farrasid
Cum farrasid: farrasid: farrasid
Proxima: farrasid: farrasid: farrasid
Ite dicitur farrasid: farrasid: farrasid
Cum farrasid: farrasid: farrasid: farrasid
Viginti: farrasid: farrasid: farrasid: farrasid
Epitaphium: farrasid: farrasid: farrasid: farrasid
Iam de qua: ad farrasid: farrasid: farrasid: farrasid



Th

597